

Cap. LV. De forma sacramenti cerdonum. R.ca.

Iurabunt cerdones eorum artem legaliter exercere bona fide
 et sine fraude, et non dimittere opus civium pro opere fo-
 rensium, et non negare alicui civium laborerium quod ab eo
 habebunt, et dare calciamenta petentibus pro illo corio de quo
 erunt. ¶ Item dare cuicunque civium petenti ab eis aliqua
 calciamenta, etiam pena viginti sold. par., et si negarent ha-
 bere calciamenta et ¹⁾ postea reperirentur in eorum manibus
 esse, solvant dictam penam et amitant calciamenta, que ve-
 niant in comuni. ¶ Item non tendere vel asugare per se vel
 alios aliquas pelles sive corea in stratis publicis vel ad bal-
 chiones sive ante eorum ianuas vel extra suas domos, preter
 quam in domibus suis vel extra civitatem Tergesti, etiam pena
 quadraginta frx. pro quolibet ipsorum et vice qualibet contra-
 85 A facta, et acusator habeat tertium condempnationum // facta- 15
 rum occasione eius acuse, et ei adhibeatur plena fides cum
 sacramento. ¶ Item non facere aliquos sutellares, nec labo-
 rare nec conducere pelles aptatas vel pellosas cavallinas vel
 asininas in civitatem Tergesti, a proxima resurrectione domini
 nostri Yhesu Christi in antea, etiam pena centum sold. par.
 pro quolibet et vice qualibet contrafacta. ¶ Item non scarnare
 vel facere scarnari aliqua coria sive pelles per tres passos et
 abinde infra prope pontes tam a parte superiori quam inferiori
 positos, a pontibus fontis Çepi citra usque ad pontem qui est
 prope ortum ser Bertucii Reynaldi, nec in civitate Tergesti
 super mollum piscarie vel post p[a]lacium comunis, etiam
 25 pena quadraginta frx. pro quolibet et qualibet vice contrafacta,
 nec etiam lavare pannos aliquos in rivo posito prope zudecham
 cerdonum, que est extra Ianuam Riburgi, nec etiam lavare
 pelles aliquas in fonte Zepi, etiam pena quadraginta frx. pro
 30 quolibet contrafatiente et vice qualibet contrafacta, et acusa-
 tori adhibeatur fides cum sacramento. ¶ Item non tenere
 cudecham nec operari aliquas cudechas in civitate Tergesti,
 etiam pena vigintiquinque libr. par. pro quolibet et vice qua-

¹⁾ et - calciamenta aggiunta marginale.